

pisicis honorem: laudes desideras / ad altum statum as-
piras. **C**ogita quod tepide / quod infructuose tot annos in
diuino seruitio expeditisti / vix scis inuenire profectum
et in his peccatis que post conuersionem commisitisti
forsitan grauius puniet te deus tanquam magis ingra-
tum. Deinde cum hec ita in cogitatu tuo examina-
ueris / diligenter pertracta quam modicam pro his om-
nibus fecisti satisfactionem: quam modica fuit tua con-
tritio: quam parua opera in nullo satisfactoria / sciens
certissime quod vel hic vel in futuro omnia reddes usque
ad minimum quadrantem. **S**ed in futuro secundum Bernar-
dum centuplum reddes quod hic simpli soluere pos-
ses. **D**ecigitur et his similia cum peccator in cogita-
tione reuoluerit: et se timore percussum / et dolore in-
terno perfusum senserit: tunc cor suum humillime et
dolore plenum immediate dirigat ad deum suum ora-
tionem faciendo: et ipsius bonitatem et misericordi-
am cum summo desiderio implozando: mutationes
vite et emendationem morum promittendo / et pro-
missionem dei adiutorio adimplendo. **H**anc tamen
formulam meditandi aut similem ita debes dirige-
re / vt non incidas in desperationem / sed inflammaberis
ad satisfactionem et emendationem: vt promptus ad
oem laborem et omnium passionum toleranciam efficiar.

De secunda examinatione qua homo seipsum
discutit de toto statu suo interiori et exteriori:
et per quam venit ad hoc vt sentiat primum descen-

Usum et virtum anime destitutum. **Ca. vij.**
Ut autem primum lapsu et descensu tui per Adam et virum

anime tue destitutionē melius cognoscas / immo eti
am vt generaliter omnia vitia et passiones euidēt?
sentias / debes nōnunq̄ tempore opportuno aliā d
te et toto statu tuo facere diligentem discussionem ⁊
studiosam examinatiōem. ¶ **E**xamina igit̄ primo
diligenter hominē tuū interiorē. Vide ad qd vires
anime mouent / q̄ longe q̄ prope s̄m id qd debent;
vel s̄m id qd tibi a deo date fuerunt / vt prius audi
sti. **E**xamina rōnē. Logita an nō sit i mult^{is} erronea.
An n̄ curiosa et occupata vanis relinquēs salubria.
An non decepta suis credēs diffinitioib^{us} / nō cōsen
tiens humilibus et ita pertinax. **A**n nō superba cre
dens seip̄as esse aliqd cū nihil sit / melioribus se pre
ferens: nolens ab alijs doceri. **I**ndicibilis et indoci
bilis / et incapax honorū cōsilioꝝ. ¶ **D**einde exami
na memoriam. Vide quales meditationes frequen
tius habeas. **N**ā qd plus diligis vel times inde fre
quenti^{us} cogitas / **D**einde examina appetit^{us} tuos. Co
gita vnde tristaris / vñ turbaris / vñ gaudes et letar^{is}:
quid speras et quid odis / et tunc bene videbis q̄
longe sis prolapsus. Vide quales bestie ascēdere so
leant vim tuam concupiscibilem: vtrū gula: luxuria
vel auaritia. Vide quales fere transeant per tuā iras
cibilitatem: an scilicet leo supbie: canis iracūdie: ba
silise^{us} inuidie. ¶ **D**einde examina exteriores hominē
Nā motus inordinati hominis exterioris sūt idicia
interioris deordinari. Vide si nō sepe excedis verbis
dur^{is} detractorijs / adulatorijs: locos^{is} / vaniloquijs / vñ
miloquijs. **I**te vide precipue an cū oibus caritatē
teneas / an nōnunq̄ ledas conscientias alioꝝ scāda

lo/inquietudine vel nouitate p̄sumptione. **I**te an fer-
ueas zelo ad alios caritatiue admonendū vel etias
humiliter increpandū. **I**te si opus tibi cōmissū stu-
deas fideliter adimplere. **I**te examina te de lectiōe
meditatiōe/orōne/et sic de alijs/quō in singulis hu-
iusmodi te habeas vel eas soleas ordinare.

De tertia examinatiōe qua homo quo-
tidie discutit se de excessibus quotidianis
qua homo discit sentire impuritātē cordis
et de reuelatiōe passionū. **Ca. viij.**

Ut autem s̄m descensū tuū/quo videlicet p̄
p̄ria concupiscentia abstractus impurita-
tē cōtraxisti s̄tere valeas. **T**ernā adhuc te
bes de te facere examinatiōnē/et hoc quotidie et ma-
xime: vt vult **B**ernard⁹ post cōpletoriū. **L**ūc eniz
singulis diebus debes diligēter respicere/et districte
examinare quotiens mala assuefactione tua traherē
ad illicita/maxime quotiēs viscosa et glutinosa tua
īpuritas illo te die delect. **V**erbi gr̄a/ad illicita co-
gitanda/ad vana in orōne rumināda/ad ociosa vel
noxia verba p̄ferenda/aut si illo die sanctas medita-
tiones ex negligentia non assumpsisti/aut impurita-
te tua victus fuisti sine affectu boni. **I**te si inolita as-
suefactione tractus tēptationib⁹ aditū prebuisi/nō
respuisi nec restitisti. **H**is trib⁹ distinctionib⁹ si dili-
gens trapezeta fueris/et iudex iust⁹ teipm iudicaue-
ris/scisso velo pp̄rij amoris/et ad teipm inclinatiōis
vt in nullo tibi blādiaris/ī nullo te palpes vel adulte-
ris/haud dubiū qm multū p̄ficiēs ī tui cognitōne.